minato do vt des, vel facio, vt facias cum ſimili-
bus, vt tradit Bereng. in l. pacta conuenta nume,
239 65. ff. de contra. empt. † & largo modo, modus di
citur cõditio, vt tradit Abb. in c. cum Ioannes de
fid. inſtru. & ſic ille tex. dicens quod fiet continua
tio, vt res patitur, videtur ſentire, quod fiet ſub
240 conditione ſi res patietur. † Item dictio vt, expo-
nitur pro ſicut, Bart. in l. poſt morã. ff. de eo, quod
241 cer. loc, glo. in l. cum aliis. C. de ſecun. nup. † ſed di
ctio ſicut denotat conditionẽ, vt tradit Abb. in c.
examinata extra de cõfir. vtili, vel inuti. & c. ſeq.
*Ozerius. Sed ponderatio d. l. ij. non placet, quia
vera intelligentia illius text. iſta eſt, quod ſemper
ſub. continuatio debeat fieri, vt res patitur. ibi. n,
iureconſ. dicit ſe proximos iungere velle titulos.
vt res patitur non autem dicit, ſi res patitur. &
ſic non ponit conditionaliter, ſi res patiatur ſed
tunc debere fieri continuationem, tamen debe-
re fieri, vt res patitur, vt in ſimili dicitur in. l. edi-
242 ta. C. de ede. † Item illa verba, vt res patitur re-
ſoluuntur, vt res hortatur. arg. l. j. ff, de in integ. re
ſtit. mino. ita econtra res ipſa non patitur. id eſt,
non hortatur. l. cum allegas. C. de vſu. * Ben. ſed
iſte non conſiderat, quod licet tex. non dicat in d.
l. ij. ſi res patitur, quæ dictio ſi de ſui natura, im-
portat conditionem, vt per Bart. in l. j. ff. de cond.
& demon. cum ſimilibus. tamen loquitur per vt,
quæ dictio operatur conditionem, item dum ad-
ducit in ſimili id, quod dicitur in l. edita. C. de ede,
decipitur, quia illa l. non loquitur de dictione vt,
243 ſed de dictione pro vt † quæ licet plures habeat
ſignificationes, vt tradunt ſcrib. ibi, tamen, in d. l.
ſtat limitatiuè, vt tradit Bart. Bal. Iaſ. Dec. Curt.
Purp. & alij in d. l. edita, & Bart. in extra. ad repri.
in verſ. prout, ſed ſi hic ſtaret reſtrictiuè eſſet con-
tra ipſum quia tantum fieri continuationem, re-
ſtringeret in hoc caſu, quando res pateretur, &
non ſemper, ideo vt defendas illum, tex. ab omni
244 ſcrupulo ſupra moto dicas ſic † quòd iſta dictio
vt, quia non eſt adiecta futuro tempori, ſed præ-
ſenti, nam dicit vt res patitur non denotat mo-
dum, ſed ſi eſſet adiecta futuro tempori, quia di-
ceret vt res patietur tunc importaret modum, vt
tradit Bart. in d. §. Termilius, & in l. demonſtratio
falſa. §. quod autem de cond. & demonſt. & colli-
gitur in d. l. j. & ij C. de his quæ ſub mod. Non ob-
ſtat, quòd dictio vt, importet cõditionem, quia vt
præfati moderni dicunt in d. l. pacta, hoc procedit
ſolum in contractibus innominatis. Non obſtat
lex ſi à teſtatore, quia cõditionem nõ operatur ibi
illa dictio vt, ſed ablatiuus abſolutus, ibi exiſtens
245 † de cuius natura eſt conditionẽ inducere, vt tra-
dit Bar. in d. §. Termilius, & ſequitur Alex. conſi.
102. viſis, & ponderatis col. ij. lib. j. vbi Fortius di
cit, quòd licet quis diceret dono, vel lego tibi tale
quid hac conditione, vt tu eas Romam nihilomi-
nus hæc dictio vt, non importabit conditionem:
allegat Bart. in d. §. Termilius ita tenentem, & in
effectu ita tenet. Nec obſtat ſi tu exponeres dictio-
nem vt, pro ſicut, quia. Nec ipſa denotaret condi-
tionem, vt tradit Bar. in l. eum qui. §. Iulianus. ff,
de conſt. pecu. & ibi Doc. addentes ad Bart. & ita
teſtatur communem opinionẽ eſſe Iaſon in auc. ſi
quis in aliquo nu. 10. C. de eden. Nõ obſtat quod
246 in cap. examinata, & c. ſeq. dicebat Abb. † quia fuit
adiecta illa dictio, facto de quo pontifex non erat
informatus, adeo quòd nõ eſt mirum ſi conditio-
tionem importat quia poteſt eſſe, quòd de facto
Papa nõ ſit informatus. cap. 1. de cõſt. in vj. Sed ſi
Papa fuiſſet informatus de illo facto, tũc nõ ſta-
ret conditionaliter, ſed cauſatiuè, pro quia, pone
exemplum. Titius fuit electus epiſcopus Peruſi-
nus, petitur confirmatio à Pontifice, Papa confir-
mat, dicendo, cõfirmo, ſicut prouidè facta fuit, ex
eo quòd ignorat denotat cõditionẽ, ſcilicet ſi pro-
uidè facta eſt electio confirmat, ſi non prouidè nõ
confirmat, ſed ſi Papa informatus cõfirmat dicen
do, confirmo, ſicut prouidè facta eſt electio tunc
ſtat cauſatiuè & denotat cauſam, quare Papa con
firmat, & ita declarat Abb. in d. locis. Quod facit
magis pro opinione communi, quia ſi dicamus
iureconſ. in d. l. ij. informatũ de facto, id eſt de pa-
tiẽtia, & ſic res patiatur exponemus, quia res pati-
tur, ſed quis negabit iureconſ. non eſſe informa-
tum? An res pateretur continuationes fieri, cum
credatur quemlibet ſcire ius in quo verſatur. l. ij.
247 §. ſeruius. ff. de orig. iur * Iaſ. † ego aliter ponde-
ro vltra alios text. in d. l. ij. ff. de ſta. hom. vt oſten-
dam, quod non probat id ad quod allegatur, nam
illa verba, & his proximos, atque coniunctos ap-
plicantes titulos &c. ſunt verba enunciatiuè pro-
lata, quæ non diſponunt, vt tradit Sali. in l. qui ſe
patris, C. vnde liberi cum ſimilibus. * Oxe. Nam
voluit dicere Iaſ. quod principalis intentio iure-
conſ. in dicta l. ſecunda eſt tractare de perſonis, &
de rebus cum poſtea adiiciat de cõtinuatione ti-
tulorum, hoc incidenter dicit, cum non fuerit ſua
intentio principalis hæc, ſed dicere de perſonis, &
248 de rebus * Benin. † & hoc ſuadetur, quia illa l.
ſecunda, eſt ſub titulo de ſta. hom. & ideo ſecun-
dum titulum credendum eſt, quòd iureconſ. eam
ponere velit, ſcilicet ad ſtatum hominis pertinen-
tem, principaliter alias ſi de coniunctione titulo-
rum principaliter intenderet tractare incongruè
ſub illo titulo illa l. eſſe ſituata, contra. §. quibus,
1. conſt, C. * Iaſ. ſed huic meo fundamento po-
249 teſt reſponderi † quòd verba enunciatiua emiſ-
ſa à lege incidenter, & extra propoſitum tunc non
diſponunt. ſi autem proferantur principaliter,
& propter ſe ita quòd faciant ad propoſitum,
tunc bene diſponunt, vt dixit gloſ. in clem. lite-
ris de probat. cum ergo verba in dicta l. ſecunda
ſint poſita principaliter, & propter ſe, ita, quòd
faciant ad propoſitum, bene diſponunt, ergo di-
ponent titulos eſſe continuandos * Oze. Bona
eſt hæc reſponſio. * Ben. Admitto ego quoque,
quia verum eſt, quòd verba enunciatiua prolata
principaliter & propter ſe & ad propoſitum di-
ſponunt. ſecus alias, vt tradit Bart. in l. ex hac ſcri-
ptura, ff. de donat. in l. conficiuntur. ff. de iure co-
dicil. in l. j. §. cum vrbem, ff. de offi. præfec. vrb. &
in l. optimam. C. de cõtra. ſtip. Alex. in l. qui ſe pa-
tris num. 7. C. vnde lib. Bart. in l. ſciẽdum de ver-
borum oblig. & in l. peto num. 4. ff. de leg. ij. & in
l. Titia. §. Gaius eo. tit. & in l. rationes. C. de prob.
& in l. demonſtratio falſa. §. quod autem. ff. de
cond. & demonſt. Iaſ. in l. j. C. de ſacroſan. eccleſ.
Bart. in l. Lucius. §. filium. ff. ad Trebel. in l. ſi ſo-
cer. §. Lucius. ff. ſoluto matr. in l. quæritur. ff. de
acq. her. num, 14. & 15. & in l. prima. ff. de nou.
ope. nunc. & in l. ex his verbis, vbi Alexan. Iaſ. &
Deci. & alij. C. de milit. teſt. vbi faciunt regulam
cum decem fall. Hyppo. de Marſ. ſingu. 442. &
eſt deciſio rotæ Romanæ 271. nota qualiter, in
antiquis, & 696. dic quod ſi. in aliqua in antiquis,
& doct. in l. neque profeſsio C. de teſt. & in l. ſerui

electione